

Accessit codex e bibl. Wertheriana, in cujus inventario aestimatur 5 florenis. Libris de oratore usus est Müllerus in editione anni 1819.

Elect. 517. Regia D 105. Goetze II p. 57. Falkenstein p. 252.

## 109. 2

## Ciceronis orationes.

Insunt hoc ordine: 1) pro lege Manilia fol. 1. 2) pro Milone fol. 7. 3) pro Plancio fol. 16'. 4) pro Sulla fol. 27. 5) pro Archia fol. 34'. 6) pro Marcello fol. 37. 7) pro Ligario fol. 39'. 8) pro Dejotaro fol. 42'. 9) pro Cluentio fol. 45'. 10) pro P. Quintio fol. 61. 11) pro Flacco fol. 68. 12) post reditum in senatu fol. 75'. 13) ad equites Romanos iturus in exilium fol. 79. 14) oratio habita pridie quam iret in exilium fol. 81'. 15) ad Quirites post reditum fol. 89. 16) pro domo sua fol. 91'. 17) pro Balbo fol. 110'. 18) in Vatinius fol. 116. 19) de haruspicum responsis fol. 119. 20) de provinciis consularibus fol. 125.

Cod. membr. 129 foliorum in fol. saec. 15. ineunte in Italia scriptus, litteris initialibus affabre pictis et auratis. Tria verba, quae in fronte primi folii saec. 15. characteribus lectu difficilibus sunt adscripta, id velle suspicatur Ebertus, pretium codicis aestimatum esse 24 Ducat. Ad Regiam bibl. accessit e Wertheriana, in cujus inventario 3 florenis aestimatur. Idem ille est, cujus varias lectiones a Gothofredo fratre cnotatas edidit J. G. Graevius in edit. orationum Cic., quae Amst. 1699 prodiit.

Elect. 48. Regia D 58. Goetze I p. 491. Falkenstein p. 252.

## 110.

## Ciceronis oratio Philippica secunda.

Cod. membr. 71 foliorum in 12. saec. 15. in Italia scriptus. Goetze eum Romae emit a. 1739.

Elect. 669<sup>II</sup>. Regia D 221. Goetze II p. 153. Falkenstein p. 252.

## 111.

a) Ciceronis epistolar. ad famil. libri I—XIV. fol. 1.

Exarati saec. 15. [Ebertus: „saec. 14.“] in membranis ex parte tam studiose abrasis, ut, quae in rescripto hoc codice olim fuerint scripta, divinari non possis.

b) Ejusd. rhetorica vetus s. de inventione rhetorica libri II. fol. 180.

Saec. 15. scripti.

c) Ejusd. rhetoricorum ad Herennium libri IV. fol. 220.

Aetatem libri itidem alia manu exarati indicant haec verba fol. 251 subscripta: Explicit liber Rhetoricae, ejus scriptione finita die Mercurii 21. Nov., currente 1347, Indictione 15.

Cod. membr. 252 foliorum in fol. min. saec. ~~14.~~ 15. a tribus librariis exaratus, litteris initialibus pictis. Accessit e bibl. Wertheriana, in cujus inventario 4 florenis aestimatur. Epistolis usus est Benedict in edit. sua, in cujus praefat. p. XVII insignem lectionum praestantiam summo opere praedicat. Codex illi audit „Dresdensis primus“. Cf. Ge. Voigtii commentatio: Berichte über die Verhandlungen der K. S.